

72. quod & ipsum, nomen est à rebus sensilibus sumtum, nempe *bobus aratoribus*;
73. Sicut & *Seraphim*, à rebus urentibus, unde & serpentes urentes significat.
74. Ex quorum *Seraphim* genere, serpentem hunc seductorem, apostatam factum esse haud temere dixeris.
75. Simili modo etiam nomen *gladii flammantis* ante paradisum, à gladio ferreo quidem sumtum constat:
76. quod tamen *vim angelicam* terrenam, & *flammam ignis*, specie gladii, ministerio angelico illic fulgentem, magis hic significare, nemo dubitare potest.
77. Sicq; *serpentis* etiam *corporalis* conjunctionem atque *ordinem aliquem* ad serpentem angelum fuisse nemo negare potest:
78. sicut & *judicium* postmodum in
Ser-